



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Lectori Benevolo Bibliopola Salutem!

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)



LECTORI BENEVOLO BIBLIOPOLA

Salutem!

Exhibemus Tibi denuò, Benevole Lector, Theſaurum Locorum Communium ex Axiomatibus Barboſæ & Taboris concinnatum, omnibusque, quotqvot hætenus prodierunt, Editionibus multò locupletioſiorem, id quod non ſolùm amplior forma, ſed vel ſolus Capitulum cujuſque libri numerus (ut complura, quæ ſingulis ſerè capitulis inferuimus, axiomata taceamus) probat. Exhibemus autem Axiomata ſive poſtulata & regulas generales, non definitiones & diſiſiones ſeu poſitiones Juris, neque textuum reſolutiones vel caluum controverſorum deciſiones, quas omnes cautè ab Axiomatibus ſeparandas eſſe jam ipli Dn. Tabor in præſatione hujus operis monuit. Sed videas tamen communiter omnia illa ſibi immixta, indeque in ſtupendorum Voluminum molem excreſcentia, quæ vel primo aſpectu nauleam excitare & methodum per axiomata docendi, quâ non memoria ſolùm juvatur, ſed & judicium maximè firmatur, tediousam reddere valent. Præcaviſimus propterea tedulò, ne niſi Axiomata ſeu fontes & fundamenta deciſionum theſauro huic inneſceremus, quorum utilitatem hic longis encomiis deprædicare noſtrum non eſſe agnoſcimus, loquuntur id tot editionum exemplaria ad ultimum uſque certatim diſtracta. Paucis ſaltem ratio augmenti reddenda nobis incumbit: Obſervarunt multi Eruditi nonnulla adhuc deeſſe præſenti Volumini, quæ ad fundamentalem cognitionem unius & alterius materiæ facerent, ſed ſerò nimis id monuerunt, ſiquidem integer Liber Primus prelo jam erat ſuppoſitus; demandaviſimus tamen hanc operam alicui, qui nomen ſuum reticere ob varias rationes cupit, & ut indefeſſum, quem temporis flagitabat penuria, augmento adhiberet laborem, impetraviſimus; Quæ etiam cauſa eſt, cur multa ibi videantur raptim appoſita, nec niſi unus aut alter Autorum, imò ſæpius textus duntaxat aliquis juris allegatus ſit. Sed perſuaſum habeas volumus, benevole Lector, ut ut termini, quem complendo huic præfiximus, anguſtia ſolidiores meditationes vix conceſſerit, integras tamen Autorum Centurias, quæ citari aliàs ſolent, ſtudio hîc omiſſas fuiſſe, tùm ne nimis excreſceret augmentum, tùm quia ex uno, quem allegaviſimus, plures alii, quibus id volupe eſt, deſcribi facile poſſunt, modò allegandi perquam frequenti, ut ex uno, quem evolviſimus, Autore reliquorum allegatio fideliter deſcribatur, ultimò deinde locus Autoris, quem inſpeximus, ſubjiciatur. Quod

P R Æ F A T I O.

vero quandoque solis juris textibus innitantur axiomata, eò magis nos veniam impetraturos speramus, quo certiores sumus Glossarum Glossas non amplius haberi pro norma legum, sed illarum veritatem & Doctorum auctoritatem ex legibus dijudicari, neque opinamur, ullam inspersam esse sententiam, quæ calculo Doctorum destituatur. Deprehendes tamen nonnulla Axiomata & Legum & Autorum allegatione destituta; Hæc (ne putes, augmenti autorem id sibi sumfisse Auctoritatis, ut Tibi aliquid pro lubitu credendum obtruderet) desumpta sunt ex COLLEGIO AXIOMATICO MANUSCRIPTO VIRI IN VICINA ACADEMIA CELEBE RRIMI, & præ multis aliis de Jurisprudentiâ insigniter meriti, DN. D. STRYKII, cujus consensum circa hunc laborem ut expetere-mus vel propterea necesse non esse duximus, quòd certi simus, Eum variis, iisque gravissimis negotiis publicis distractum Editioni dicti Collegii manum ad-movere non posse, quod tamen ne delitescat aut describentium mendis obru-tum vilescat, eorum qui Prudentiæ Juris incumbunt, maximè interest. Proinde non invidet VIR EXCELLENTISSIMUS iis, in quorum commo-dum natus est, universis Juris Cultoribus tantum emolumentum, præprimis cum nesciatur, quantum ex scriptis Ipsius augmento huic accesserit, axiomati-bus Ejus per universum hunc thesaurum dispersis, quæ adeò si ab ipso nondum satis apta ad editionem judicantur, non cuius se facillè prodent. Porro plura ex variis Autoribus hinc inde collecta ipsorum docebit allegatio, eos tamen semper eligimus, quos axiomatum fertiles & exemplis instructos deprehendi-mus; nam in inculcandis Regulis exempla utramque faciunt paginam, cum actiones intellectus nostri semper à singularibus ad universalia ascendant, quam ob rem non facillè axioma sine exemplo prætermisum deprehendes. Ex PAULI FUSCI SINGULARIBUS IN JURE CÆSAREO ATQVE PONTIFICIO decerpere quoque nonnulla constitutum erat, sed pauca fuerunt, quæ applicari possent; APHORISMI VERO JURIDICI PHILIPPI LUDOVICI AUTHÆI additionibus hisce plura commodatur.

Unius saltem adhuc monitum Te volumus, supplemen-tum, quod literæ A. inferendum erat, in calce operis adje-ctum esse, cum eò, quò de augmento primum cogitatum est, tempore, integer Liber I. jamjam fuerit impressus.

Reliquorum Librorum additamenta diversis numeris vel signis ab editione præcedenti separare nolimus, ne novas tricas in modo allegandi pareremus, sed numerum capitum & axiomatum continuâ serie dedimus. Quod si hisce omni-bus in Tui commodum quid præstitum fuerit, erit, de quò nobis gratu-lemur. Lipsiæ, d. XXIX. Martii, Anno O. R. M. DCC. XC.

BENEVOLO